

Breve ECCLESIAE MILITANTIS 1608

[PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI]

[PAVEL V., BISKUP,
SLUŽEBNÍK SLUŽEBNÍKŮ BOŽÍCH]

Ecclesiae militantis regimini, auctore Domino, nullo suffragio meritorum praesidentes, ex injuncto nobis officii debito providere tenemur, ut qui sub B. Francisci vexillis, qui inter strenuos Christi Duces gloriae Splendore coruscat, in hujus vitae militia sub strictioris ejusdem B. Francisci Regula disciplinae Altissimo obsequium praestant et per corporis castigationem, per divitiarum contemptum, sui que ipsius abnegationem, jejuniis, orationibus, sacris praedicationibus, aliisque religiosis operibus vacantes, verbo et exemplo veros sese B. Francisci imitatores et germina ostendunt, tales ab omnibus absque ulla controversia habeantur.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis revocetur in dubium, an Fratres Ordinis ejusdem S. Francisci, Capuccini nuncupati, sint vere Fratres Minores, et etiam quoniam Regulam S. Francisci profitentur, Filii S. Francisci, cum tempore S. Francisci instituti non fuerint, pariterque, an eorum constitutiones aliquid habeant, quod Regulae S. Francisci repugnet:

§ 2. Nos dubia hujusmodi Apostolicae declarationis oraculo decidere cupientes cum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio, matura deliberatione habita, hac nostra perpetuo valitura constitutione

Protože jsme z Boží vůle byli bez našich zásluh byli **povoláni k řízení bojující Církve**, jsme na základě svého úřadu povinni pečovat o ty, kdo se pod korouhví blaženého Františka, zářícího mezi horlivými Kristovými vojáky jasem slávy, jakožto rytířstvo pod přísnou disciplínou Řehole téhož blaženého Františka, žijí v poslušnosti Nejvyššímu, a prostřednictvím krocení tělesnosti, pohrdání bohatstvím, sebezáporů, postu, modlitby, posvátných kázání a jiných náboženských činností, ukazují slovem i příkladem, že jsou praví následovníci blaženého Františka, a jeho pokračovatelé. A také všichni [ostatní] ať je bez odporu za takové považují.

§ 1. Dozvěděli jsme se však, že někteří zpochybňují, zda bratři Řádu sv. Františka, zvaní kapucíni, jsou pravými Menšími bratry a i když se zavazují k životu podle Řehole sv. Františka, zda jsou syny sv. Františka, jestliže nebyli ustanoveni v době sv. Františka, a též zda v jejich Konstitucích není obsaženo něco takového, co by bylo v rozporu s Řeholí sv. Františka:

§ 2. My jsme se rozhodli odstranit pochybnosti tohoto druhu výrokem apoštolského prohlášení, a proto jsme se poradili se sborem našich ctihodných bratří kardinálů sv. římské Církve, pověřených výkladem Tridentského koncilu a po zralém uvážení

auctoritate Apostolica declaramus, Fratres Capuccinos esse vere Fratres Minores, ac etiam, (quamvis tempore S. Francisci minime instituti fuerint, cum tamen ejus regulam profiteantur, atque eorum instituta congruant, tam Regulae statutis quam ejusdem Regulae declarationibus, quae habentur in constitutione foelicis recordationis Clementis Papae V. praedecessoris nostri in generali Concilio Viennensi edita, quae incipit, Exivi de Paradiso,) Filios S. Francisci.

§ 3. Eorum praeterea constitutiones nihil continere, quod non sit Regulae S. Francisci praedictae consentaneum.

§ 4. Sicque ab omnibus et singulis censeri, ac reputari et judicari debere, ac irritum et inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§ 5. Quocirca omnibus et singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, ac dilectis Filiis nostris et Apostolicae Sedis Nunciis, per praesentes mandamus, quatenus ipsi per se vel alium seu alios praesentes literas, et in eis contenta quaecunque, ubi et quando opus fuerit, praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos praemissis omnibus et singulis juxta praesentium continentiam et tenorem pacifice frui et gaudere.

Non permittentes, eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet et rebelles, ac praemissis non

prohlašujeme apoštolskou autoritou prostřednictvím této naší trvale platné konstituce, že i když bratři kapucíni nebyli založeni v době sv. Františka, jsou praví Menší bratři a synové sv. Františka, neboť žijí podle jeho Řehole, a také jejich stanovy odpovídají jak nařízením Řehole, tak i výkladům této Řehole, obsaženým v konstituci našeho předchůdce blažené paměti papeže Klementa V., uveřejněným na všeobecném koncilu ve Vienně pod názvem *Exivi de Paradiso* [6.5.1312].

§ 3. Krom toho [prohlašujeme], že jejich Konstituce neobsahují nic takového, co by nebylo v souladu s Řeholí sv. Františka.

§ 4. Rozhodujeme tedy, že za takové je všichni, společně i jednotlivě, mají pokládat, považovat a posuzovat, a že je bludné a marné, když by to jakákoli autorita vědomě či nevědomky, chtěla popírat.

§ 5. A proto tímto listem nařizujeme všem jednotlivým našim ctihodným bratrům patriarchům, arcibiskupům, a našim milovaným synům nunciům Apoštolského stolce, aby ať už sami, či prostřednictvím jiného či jiných podporovali tento list a jeho obsah, kdekoli a kdykoli by to bylo třeba, a byli o to požádáni zmíněnými bratry kapucíny, aby apoštolskou autoritou zajistili, že výše uvedení bratři budou moci pokojně a radostně užívat plodů tohoto listu.

Nedovolte, aby je jakákoliv autorita jakkoli nadále obtěžovala. Ty, kdo by [listu] protirečili a stavěli se mu na odpor, a nerespektovali ho, po-

parentes, per sententias, censuras et poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, necnon legitimis super his habendis servatis processibus illos, sententias, censuras, et poenas praedictas incurrisse declarando, illasque iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§ 6. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, et auctoritate praedicta decernimus, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die 15. Octobris 1608. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Prameny:

Rukopis breve viz Vaticano, Archivio vaticano segreto, Regesto dei brevi apostolici, měsíc říjen, rok 1608, s. 188; odtud breve formatum, in: Archivio generale OFMCap., Roma-Bravetta, sv. C, č. 123; Publikováno in: WICKART, M. [Michael von Zug], *Bullarium Ordinis FF. Minorum S.P. Francisci Capucinatorum seu Collectio Bullarum, Brevium, Decretorum, Rescriptorum etc.*, quae a Sede Apostolica pro Ordine Capucino emanarunt, sv. 1, Roma: Giovanni Zempel, 1740, s. 57; CRISCUOLO V.: *I Cappuccini. Fonti documentarie e narrative*, Roma: Curia generale OFMCap., 1994, s. 129-131, č. 153-157.

trestejte rozsudky, cenzurami, tresty a jinými právními a praktickými opatřeními, bez možnosti odvolání, nebo při zachování zákonných procedur, vyhlášením cenzur a trestů, které lze při nerespektování několikrát zpříšňovat. Bude-li třeba, využijte i asistence světské moci.

§ 6. S výše uvedeným nejsou v rozporu ani apoštolské konstituce a ostatní jakákoli protikladná vyjádření. Chceme však, a výše uvedenou autoritou rozhodujeme, aby přepisům tohoto listu, včetně tištěných, podepsaným rukou některého veřejného notáře, a opatřeným pečeti některého církevního hodnostáře, byla přiznávána tatáž průkaznost na soudu i mimo něj, jako by byl předložen a ukázán tento originál.

Dáno v Římě u sv. Marka, a zapečetěno rybářským prstenem, dne 15. října 1608, ve čtvrtém roce našeho pontifikátu.